



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

7. Cum Mundo non esse pacem faciendam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45699**

constat nolle esse pacificos, & adeò nolle filios Dei, sed Belial vocari? contra quos Deus ipse pugnat, & nos vult secum pugnare. Tubicines utriusque preliantium parti seruiant, non milites, non duces. *Quia nemo potest duobus dominis seruire.*

Matth. 6. 24.

VII.

Et quia volent aliqui sibi tales disertè nominari, vno verbo eos nomino. Mundus est talis, & quotquot mundi mores profuerentur. *Pacem relinquo vobis*, ait Magister noster, *pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis.* Hinc meritò vocatur *Princeps pacis*. Quo modo dat mundus; quo modo Christus? Mundus ait, *Venite, coronemus nos vos, simul bibamus, simul ludamus, simul iocemur, simul scortemur; simul detrahamus, & opprimamus iustum, simul testemur falsum; simul accusemus; simul fenestras, simul ianuas frangamus; simul percutiamus, simul occidamus: simul clamem; simul blasphemem; & dicamus, Tolle, Tolle; crucifige, crucifige.* Talis pax non est facienda; quia *non est pax impijs*: repente inter ludendum seriò res agitur: & venit ad pugionem: ex ioco, fit furor; ex lucro, vitæ iactura: & qui vnâ meretricè ambiunt, facti riuales pro meretrice se occidunt: quiq; paulo priùs in tertij caput iurauerunt, repente in seipos conuictijs, criminationibus, calumnijs, plagis, cædibus conuertuntur. Sic dat mundus pacem. At Christus ait: *Pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis.* Ego pacem feci inter Patrem meum & vos. Ego pacem do bonæ conscientie. Ego inter homines tollo discordias, lites, rixas, duella. Hoc si & vos faciatis, Beati eritis, & filij Dei vocabimini. Quamquam neq; beati vnquam erunt, neq; filij Dei vocabuntur, qui causa sunt, & authores malæ pacis, atque inter se in conuentibus consociant combibones, collusores, amatores, scortatores; iuuenes cum puellis; matrimonio solutos cum coniugatis. Deus bone! est né is Christianus, qui in domo sua tales congregat, sociat, coniungit, & pacem facit inter eos, inter quos non est pax? Non est hic pacificus, sed bellificus; non Dei, sed diaboli filius appellandus. Hæc enim peccata Deum offendunt, hæc iram diuinam nobis accendunt, hæc sacra & profana arma in nos acuunt.

Ioan. 14. 27.

Isa. 19. 6.

Matth. 6. 24.

Ioan. 14. 27.

Isa. 19. 6.

VIII.

Nam propter talia scelera Numen bella publica mittit, quæ qui vult tollere, scelera tollat. Numquam bella quibus causis nascuntur, tolluntur. Duo ergo sunt genera pacificorum, qui beati à Christo pronuntiantur. Vnum pertinet ad Principes, Reges, Imperatores,

C c c c c

peratores,